

Bibliographische Daten

Titel: Rector Universitatis Altdorfinae Magnus Daniel Omeis ... Ad
Faciendum Funus ... Christophoro Conrado Viri ... Dn. Joh.
Christophori Fronmülleri ... Filiolo Cives Academicos Peramanter
Invitat Et Homunculi Quanti Simus Reminisci Iubet [P.P. Altdorfi
Noricor. d. XXIV. Febr. MDCLXXXIV.]

Ersteller: Magnus Daniel Omeis

Signatur: Will. V. 944. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

nium semper habuit, & à ministris hanc sibi vocem dici voluit: *Inspice Rex, & cogita te talem aliquando futurum!* Laudabilius profectò tantorum virorum institutum, multoq; sanctius, quàm illud Darii Hytaspis, Persarum Monarchæ, quem Herodotus scribit bellum Atheniensibus (à quibus offensus fuerat) inferendi cupiditate flagrantem, cuidam è ministerio aulico injunxisse, ut quoties cœna apponeretur, verba hæc ter pronunciaret: *Δέσποτα μέμνησο τῶν Ἀθηναίων: Here memento Atheniensium!* Nam si rem ipsam rectâ reputemus viâ, posterior hæc admonitio sævitix & ultionis, at quantum vitiorum! illa verò pietatis ac moderationis, virtutum præclarissimarum, incentivum fuit; quod quantum opere mortalibus universis necessarium sit ac fructuosum, etiam Vir Dei Moses in carmine illo, quod Davidicos inter Psalmos recensetur, planè eximio docet, ita precatus: *Domine, fac numeremus dies nostros, ut sic adducamur ad sapientiam.* Ad hoc Spiritus Sancti *σωφρονιστικόν* invitare nos potest ac debet funus Puelli svavissimi, nunc quidem recepto more indicendum. Natus est anno superiore 1683, ipsis Non. Aprilis (dies erat viridium) circa decimam nocturnam Filiolus, Viro Admodum Reverendo atqve Clarissimo DN. JOH. CHRISTOPHORO FRONMÜLLERO, Ecclesiæ Altdorfinæ Ministro Vigilantissimo, ex Conjuge omnium laude virtutum decoratissima Kunigunda, Viri Prudentiâ vitæq; Integritate perquam Conspicui Dn. *Conradi Geigeri*, Consulis Lauffensis, & Xenodochii ibidem Præfecti quondam meritissimi, filia, Nobilissimi, Consultissimi atqve Excellentissimi Dn. *Joh. Antonii Geigeri*, Jcti & Instit. Imp. Prof. P. Celeberrimi, Collegæ ac Fautoris nostri Æstimatissimi, germana sorore. A carnali nativitate nihil prius nihil anti-